Ius Pol. sh. 424.

102

Statutum in Zakroczim sub Annō Domini Millesimō Tricentesimō Nonagesimō Primō.
Per Dominum Ducem Iohannem et suos Consiliarios in Terminis generalibus in Zakroczim celebratis, die Dominico Misericordia. Statutum hoc laudatum et pronunciatum

Quid tenetur homo in censu aut labore residens, Domino suo.

Hortulanus, sutor, faber, sartor, tabernator, et quilibet homo qui agrum non habet, sed in censu residet, et surgit in tempore non debito, Domino à quo recedit, ipsum censum solvet, domum vero, hortum et sepes debet reformare. Si vero in labore residet, tunc quindecim grossos solvat, et similiter domum cum Sepibus reformare tenetur. Agricola autem qui dicitur Rathaij, qui recedit a suo Domino tempore indebito ille tres marcas usuales, suo Domino à quo recedit dabit.